

Exercitatio prima.

qui in Ianuarij 22. die inquitur idem cum 1. Febr. Gregoriano, ubi xxviii. adponuntur. Priori anno loco viii Epact. cum adhuc durasset 8. Aet. N. erat xxvii. Epactalis N. contumendus, qui in Decembri Iuliano 23. die offenditur, eodem cum 2. Ianuarij Gregoriano die procedente & cum postridiano a calendi Nouilunio. Quam postridianam rationem significationis Nouilunii, antiquissimi Hebraei secuti fuerunt in Veteri Testamento, sicut testatur eorum clarissima & subtilissima computatio, ubi non a calculo Astronomico, sed prima visione Lunari, caput mensium plurimum in observationem publicam receperunt: Idem facitatur omni aetate Indi & eos secuti moderni Arabes. In hac similitudine omnia alia exempla examinanda exercendaeq; veniunt, quantum plura hic recensere non opus est.

In Calendario Gregoriano, anni 19. medij a Lunationibus 235. decedunt ^{spacio} 1. H. 57. 38. II. 39. III. 20. Unde in 700. annis 3. integris diebus, sedes Aet. N. seu loco ipsius termini Epactales, progrediuntur, & 7000. annorum integra Lunatione in posteriora vagabunda. Et in Calendario Iuliano a 19. annis, inferiores Lunationes 235. annotantur 1. H. 27. 1. 23. H. 20. III. 20. Unde in 312. annis 177. dieb. 18. H. 20. medijs, uno die termini predicti regrediuntur. Hinc regulae exponuntur de mutatione terminorum in Lunationibus, de quibus super Tabulam epactarum expressam, in libro nouae rationis restituendi Calendarii Romanam descriptio continetur, cum collatione diei intercalaris intermittendi in tribus Centenarijs vel non intermittendi in Quarto &c.

EXERCITATIO TAB. II. A.

Qua dato quocunq; Anno, ante aut post N. Chrm, ex numero Cydi ☉, tam noui quam Veteris Calendarij, littera Dominicalis simplex pro Comuni aut duplex pro Bisextili anno, explicatur.

Circa haec versatur 2. & 3. Canon Romani exempli de Calendario Gregoriano: quibus nos addimus cyclum ☉ nouum adiuuentum 400. annis constantem, in cuius curriculo 146097. diebus inclusis, praecise 20871. septimanae exaguntur, Solari inde anni dimensione 365. D. 5. H. 49. 1. 12. II. extracta, quae vertenti anno medio, Alphonsi adscripto, perproxime respondet: Qualem propinquatorem exactiorem nec Persicus Gelaleus. Imperatorius annus, qui 299. annis 13514. septimanas concludit, nec quisq; alius postmodum expositus [excepto nostro primum deprehenso cyclo Germanico 268. annorum] cum Solis media reuolutione Aequinoctiali annotat. De quib. in nostro Hyperaspiti suas ostensiones & demonstrationes introducimus.

Tabula huius Exercitationis littera A. signatur, cuius dispositio decem columnis continetur, qualibet 40. annis descendendo constante. Prima series cuiuscunq; columnae rubris numeris, annos a primo Centenario, qui Comuni anno clauditur, persequentes secundum ac tertium Centenarios, quoq; in fine Communes, ad complementum quarti Bisextilis, recenset. Sequens nigra series caput deriuationis adsciscit ab 98. anno primi latentis

Cent.